



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1634

6. De Parenthyrsi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

Demosthenis, & Ciceronis figuras conuertetur: pſtaccam inquam, vel passerem, vt herocē laudabūt, etiam apud Elyſios campos Minois, & Rhadamanti afflorem facient, dictantes illud Demosthenis, ὅτι παρὲς τὸν εἰκότως ἐν λέξ φήσαι τις κἀτὼ θεοῖς ἔσται: mox alloquentur per Apostrophen; Praclarè igitur, tecum actum est, dum viueres, anima delicatissima, nunc autem, postquam ex his terris euolasti, sanctissima: nam beatorum locum consequuta, assides Proserpina.

Chrysoſtomus egregiè perstringit, in oratione de sancto Babyla martyre. Ibi enim sophista præter modum fertur in miserabiles, inconditos, humiles, inclinatos affectus, & præ doloris, ac furoris impotentia, in frigida quæque, & inepta tranſit, vt, cum dicit Iulianum Imperatorem, vbi de templi incendio affluit eum rumor, (quæſiuiſſe talaria Mercurij, vt ad flammam reſtinguendam properaret.) Vbi tandem erat inuenturus? Certè tardum oportuit fuiſſe auxilium, ſi hæc talaria ſunt expectata. Ita dū motus cupit ingentes excitare, delabitur in abſurda quæ riſum potius, quàm dolorem efficiant.

Libanij
παρὲς ἄλλων
ἀπὸ Chryſ.
perſtrictum,

De Parenthyſo.

CAPVT VI.

Theodorus Rhetor, qui citatur à Caſſio Longino, in libro περὶ ὑψῶς, notiſſimi, vitij in ſtylo meminit, quod ipſe appellat παρὲς θυροῦ, quaſi ad Thyriſum accedēs, hoc eſt, furori proximum. Norunt omnes Thyriſum appellari haſtulam ſionidibus veſtitam, quæ bacchantes geſtabāt, & hoc perperuum bacchi inſigne iuxta epigrammaticū πανὶ βίραν χιμαῶν, νιμφαῖς ῥόδα, ὑπόρα λυσιδία, hinc θυροῦ παρὲς, nominātur thyriſo percuffi, hoc eſt inſani: vnde parenthyriſum dici poteſt, Oratio grandibus, & intempetiuiſ ſ affectibus, & figuris in re parua inſaniſ: quam definitionem licet colligere ex Dionyſio Longino, in qua παρὲς θυροῦ ira deſcribit,

Quid
Thyriſus.

Quid parē-
thyriſum, &
vnde ſic di-
ciunt.

Longin.
περὶ ὑψῶς.

Parent à
puerili ſtylo
diſcrimen.

Τέττα παράκρουσις ἵσταν τῆς χαλίας ἐστὶ
ὅτι τῆς παθητικῆς, ὅπερ ὁ Θεόδωρος παρὲς θυροῦ
σον χαλεπῆς ἐστὶ ἐπὶ τῶν ἀκαίρων, καὶ κενόν ἐν δα
μὴ δὲ παθῆς ἢ ἀμετροῦ, ἐν δα μετρίῃ δέει.

(Huic proximum eſt tertium prauitatis genus in affectibus, quod Theodorus vocat parenthyriſum: eſt autem affectus intempetiuiſ ſ, & vanus, vbi nihil opus eſt affectu; vel immoderatus, vbi opus eſt moderato: differt à puerili, quòd hoc in lætis argumentis, & illecebrosæ dictionis aucupio. verſetur vt plurimum; illud propriam ſedem habeat in affectibus intempetiuiſ ſ, maximè doloris, & iracundiæ, ſine vlla etiam affectatione verborum: Non enim iſtam ꝛ concinnitatem ſpectat, ſed grandes tantum figuras, in rebus ludicris conſectatur: ex quo plenum eſt inſaniæ.)

Talis eſt illa de incendio Daphnitici tēpli, miserabilis æænia Libanij ſophiſtæ, quæ diuus

Eodem ſtylo Ariſtides ſophiſta in illa ſtebili monodia, de Smyrna collapsa, inter cæteras παρὲς θυροῦ nantias addit: (Si Gorgones reuidiſcerent, nō ſον, ἐν ἀντιόί iam Meduſam, aut oculum ſuum ſterent, ſed Μιδουρα, Smyrnam, communem Aſiæ oculum deplorarent.)

Ariſtidi
παρὲς θυροῦ
ἀπὸ Chryſ.
perſtrictum,
ὄντι τὸν ἀν-
τιόί
τὸν ἐφθάλ-
μὸν, ἀλλὰ
τὸν ἄσας
ἐπὶ ἐνδουρα.
Parent.
character.

Num verò iſta παρατρῶδα, & παρὲς θυροῦ: ſed plenius in affectibus examinabimus.

Alij etiam magis importuni ambitioſo orationis tractu, aut plorant, aut irascuntur, aut deteſtantur, aut Deos, Deaſq; omnes, in rebus ludicris & penè nullis inuocant. Querunt ab auditoribus, hominibus plerumque frigidis, & vrbatis, num lugeant, num indignentur, num auerſentur, num tantum nefas abominentur: cum illi interim nihil horum experiantur, ſed tranquilli omninò ſedeant: Aduertete ſe dicunt pallorem, & lachrymas, & eiulatus eorum audite, qui non magis mouentur, quàm ſtatuz.

Hoc certè genus, inter cætera miserabile eſt, & inſanum, nec immeritò παρὲς θυροῦ nominatur; habet enim multū de thyriſo, & furore: Nam quid eſt aliud, in rebus modicis, tam inſaniæ mentis æſtu iactari, quàm Oratorē illū imitari, qui apud Lucium Apuleium pro tribus vrbibus, ab ebriio iuuenē multis iſtibus perforatis, quaſi pro cæſis iuuenibus perorat? & ait.

Parent.
exemptum.

(Neque parua res, ac præcipuè pacem ciuitatis cunctæ reſpiciens, & exemplo ſerio profutura tractatur, Quiritēs ſanctiſſimi. Quare magis congruit, ſedulos, atque vniuerſos vos pro dignitate publica prouidere, ac nefariuſ homicida, tot cædium lanienam, quam cruentè exercuit: impunè commiſerit.)

Ad hæc omnes riſu diſſoluuntur. Mox quædam mulier, per mediū lachrymoſa, & ſtebilis,

atra veste contexta, parvulum quendam sinu
tolrans decurrit, ac pone eam, anas alia pan-
nis horridis obrita, paribusque mœsta fleri-
bus, ramos oleaginos utraque quatientes,
quæ circumfusæ lectulum, quò peremptorium
cadaverum contexta fuerant, plangore sublato
lugubriter eiulantes.

(Per publicam misericordiam, per commu-
ne ius humanitatis, atunt, miseremini indignè
causam iuuenum, nostræque viduitati, ac so-
litudini, de vindicta solatium date: Certe par-
vuli huius, in primis annis destituti fortunis
succurrite; & de latronis huius sanguine legi-
bus vestris, & disciplinæ publicæ litate.)

Hæc si pro tribus vitibus seriò dicerentur,
παρὶν Δύπων facerent manifestissimum; sed cum
ad usum, publicam quæ lasciviam facta sint, ni-
hil habeant istius generis.

Exiles ora-
tionis mag-
nitudine
prudenter
astollenda.

Porro in id sæpe vitium incurunt Orato-
res sensibus grandes, vberes, & amplificatorijs,
qui cum summa laudis esse existimèt, res alio-
qui exiles orationis maiestate plenius attol-
lere; hoc ne mica quidem salis adhibita faciunt
in rebus singulis, & ranas in Mineruam, Pyg-
mæos in Polyphemum, res denique leuissimas
in cothurnos tragicos non sine risu deforma-
nt.

De stylo scholastico.
CAPVT VII.

Styli scho-
lastici ty-
pus.

MEMINIT quoque Cassius Longinus σχολασ-
τικὸν γὰρ τὸν στυλόν: hoc est, scholastici sensus, &
styli: fit autem, cum ea quæ civilis esse debet
oratio, ad vmbatilium præceptorum minu-
tias puridiuscule conformatur. Accidit enim
plerumque, ut adolescentēs è ludo nuper egres-
si, vel etiam viri scholarum vmbri diutius e-
nutriti, cum ex palestra in aciem deuenierint,
non dum ad civilis illius cœli tolerantiam fa-
cti, atque compositi, nescio quid vmbaticæ
mollitiæ, quam cum lacte suserunt, retineant.
Itaque alij antequam ad rem veniant, præfan-
tur apparatus, & excurrunt longius. Alij di-
gressiones, & locos cômunes affectant, quibus
cum in se derint, arbitrâtur se Iouis albis (quod
aiunt) quadrigis vehi. Alij, in quocumque de-
mum argumento exordia, narrationes, confir-
mationes, perorationes religiosius exigunt,
atq; ista quidē omnia, quamuis frigida, & im-
portuna sæpius ingerunt, ne videantur artis le-
gibus defuisse. Alij minimè spectantes, an ora-
tio ornata ferat, grandes figuras per καμψιλίας

expressas ad satietatem aurium intrudunt. Alij
etiam artem plenissimè profitentur; exordij
sui, narrationis, confirmationis, &c. memine-
runt, tum se ex vna parte in alteram transito-
ros pollicentur, aut iam transisse dicunt: etiam
exultant se, quòd minus elaboratam oratio-
nem attulerint, quæ omnia scholastica sunt,
& vbi motuosius curantur, elaboranturque cõ-
cinnius, sæpè in frigidum aliquid, aut puerile
desinunt.

Atque in eo, opinor, multum differunt ci-
uiles Iocratæ, & Demosthenis Orationes, hic
enim, quòd maximè est, minimè vult videri e-
loquens, & fortunas Græciæ ex eo non pendere
dicit, an manum in hanc, aut in illam partem
inflexerit: vel hoc, aut illo verbo inter oran-
dam usus fuerit; at ille in negotiis etiam
orationibus dissimulare non potest ambitio-
nem eloquentiæ. Nam in sua oratione ad Philippum
profiteretur etiam, ἐπὶ γὰρ φιλοτιμίαν, & se excu-
lat, quòd propter ætatem ingrauescentem, tam
elaborata orationis structura rei minimè po-
tuerit.

Demosthe-
nes à stylo
scholasti-
cæ alienus.

Iocratæ
scholasticæ
v. tio labo-
ras.

Οὐδὲ γὰρ τὰς κατὰ τὴν λέξιν εὐρυθμίας, Ἰσοκρ. in sua-
καὶ παικίλιος κεκοσμηκά, καὶ αὐτὸν εἰς αὐτὸς for. ad Phi-
τε νεώτερον ἢ ἐχρῶμεν, καὶ τοῖς ἄλλοις ἐπέ-
δειξα, εἰ τὸν τοῦ λόγου ἡδύτης τὸ ἄμα, καὶ πισο-
τέρας ποιῶν, ὧν οὐδὲν ἐστὶ δόναμα διὰ τὴν ἡλι-
κίαρ.

Ioc. in sua-
for. ad Phi-
ppum.

Quæ excusatio non petita accusatio est.
Præfatur etiam amplissimè de suis familia-
rijs, & eorum de hac sua oratione iudicia expo-
nit, quæ omnia parum ad persuasionem faci-
unt, & ambiciosè potius quam nervosè dicta
sunt.

In Panegyrico verò, qui & suasionem ob-
tinere ad Græcos, tam magnificè de sua elo-
quentia sentit, & dicit, ut nisi pro rei dignita-
te, suaque gloria, & pro tempore, quod in hac
oratione elaboranda, concinnandaque posue-
rit, (in qua decennium ferebatur insumpsisse)
peroret, nullo modo sibi ignoscere velit, sed
contemni, & derideri.

Εγὼ δὲ ἂν μοὶ καὶ τὰ πράγματα ἀξίως εἶ- Ἰσοκρ. Paneg.
πω, καὶ τῆς δόξης τῆς ἑμαυτοῦ, καὶ τοῦ χρόνου, μὴ 86.
μόνον περὶ τὸν λόγον διαστρέψεντο; ἀλλὰ καὶ
σύμπαντο ὁ βελτίων παρὰ κείνου μοὶ μηδε-
μίαν μοὶ συγγνώμην ἐχημι: ἀλλὰ καὶ ἰαγελῶν,
καὶ κατὰ φρονεῖν.

Iso. Paneg.
86.

Hæc quidem ostentationem habent elo-
quentiæ